

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Varia monita data ituris ad Nouitiatum, postquam sunt examinati à
Superioribus habentibus potestate[m] recipiendi Nouitios ad Ordinem Cap.
XXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

que pugne, que impedimenta obicerentur, volumen es-
set vel summatum colligere. In quarum concurso tem-
pestatum ea signa dedit iuncti animi, & cum Diuinâ
coniuncti volantate, que & grandis atas, & virtus ro-
busta edidisset. Sed ad fortiora eum praelat Diuina ex-
ercebat prouidentia. Romanum reducitur à Cardinali:
adit eâ de re ille Pontificem adit & postero die adoles-
centis suam plenissimam pietatis causam communâ Ec-
clesie Parenti commendat. Id cùm rescribet Cardinali,
ita exarbitur, ut adolescentem à suâ consuetudine exclu-
sum, redditibus omnibus, qui erant amplissimi, spolia-
tum, in ordinem redegerit: non equi vrbiznon rhabda
per urbem incedere ei dabatur, in ipsa Cardinale aula,
qui ante omnium maximè esset insignis, etiam ab insi-
mi ordinis famulis contempnatur. Res erat in ore
omnium, & ipse oculis omnium notabatur. Hanc ille
secum sibi ignominiam gratulabatur: letabatur quod se
posset tam cùm S. Franciscô dicere, Pater noster, qui es
in celo. Preclar a sanè ea tunc fuit occasio ad proposi-
ta vota euolandi. Sed Patres Cardinali offenditionem
reuererit, omni adolescentem ad Societatem adiutu vbi-
que intercluserant: & ipse in rebus omnibus è Patrum
consilio pendebat. Inter hac aquifissimis viri quoque peti-
tioni Summis Pontificis periclitante vocationis causâ,
adolescentem tantisper à Patrum consuetudine abdu-
cendum & Pisas ad sequenda literarum studia mit-
tendum censuit. Erat omnino adolescenti conditio aque
periculosa, ac molesta, & difficultus, nam quanta sit ado-
lescentium licentia in Academias Italicas viuentium,
quanta pertulania, & proiecta ad omnem impuden-
tiā audacia, non nisi qui spectarunt, facile sibi per-
suadeant. Ut si quem viderint paulò ceteris modestiorē
rem, impudenti procacitate, irrisoribus, sibilia, cogant
& ipsum esse peccantem. In tantâ prauorum morum
importunitate, in his tentacionum fluctibus, & in hoc
quasi procacium ferarum, theatro spectanda virtus fuit
adolescentis integerrimi, stetique ea semper inuitata.
Pisas ante diem IV. Id. Decemb. anni 1595. venit, cum
interim nego octiduanum Sacramentorum psum, ne-
que literarum commercium cum Patribus Romanis
intermitteret. Sed & hic longum esset, qui obices eius
consiliis opponenterit, enarrare: vt etiam religiosi viri
permulti eum à sequendo Christi vestigiis auerterent;
atque ad inanes humanarum opum umbras imitarent,
cum eorum alij alias religiones anteposcerent; alij dil-
lationem suadent; alij etiam ed vsque exorarent, vt
plus sibi, aliisque prodeesse posse in Ecclesiastico aliquo
safigio constitutum, quam in Religione abditiū asser-
ere non dubitarent. Vnus precipue vel solo nobilissima
Religionis habitu verendus, quinque annorum dilatio-
nem, errore deceptus, an aliâ persuasione, interpositâ
Summi Pontificis voluntate, necessarium illi esse affeue-
rabat. Verum peracta annua studiorum periodo, dilat-
psis astino calore studiosis, & ipse ritandi causa cœli
grauitatem, in patriam rediri in eunte mense Iulio an-
ni 1596, nihil de suscepso cursu pietatis, nihil de rite
exercitationibus remittens, neque interim à propin-
quis pugne, prelaque desflebant. Dum estatim in ca-
lo patrio traducit, vt aliqua Societatis munia tan-
quam illius Candidatus prælubaret, pueros capis Chri-

stiana doctrina preceptis erudire: sodalitium quoque
piorum iuuenam instituit: legibus ad illud firmandum
Româ accersit. Demum ad XV. Calend. Nouemb.
noctu clam domo se subducens citatis equis subindeque
per disposita spatia mutatis Romanum contendit. Cen-
trum nocte illâ, & parte diei posteri antemeridianâ,
nunquam interrupto cursu, milliaria emensus, ad septi-
mum lapidem citra Romam necessaria quieti substitut;
codémque die cursoribus equis relatis, vrbe ingreditur.
Postero die, Cardinali torius rei adhuc inciso, Sum-
mum Pontificem adit, apud quem ita suam causam
agit, vt Pontificium mandatum ad Patres expresserit,
statim in Societatem admitteretur. Hic tandem finia
adolescentis desiderio, & miseris laboribus impositus,
frustrâ patruo, parentibus qui postea tumultuantibus.
Et fuit in eo sanè Divina bonitas laudanda, quid, mis-
sionum summâ celeritate administrata essent, & opor-
tunus statim ad Pontificem aditus patueret, molestissi-
ma, eadémque periculosa aliqua mera difficile vitari
portueret. Paucis enim horis, quâm res tantâ felicitate
tranfacta est, propinquai, & ipse curriculo Caldara
eius vestigia secuti, ad rem disturbandam affuerunt.
Sed frustâ: nihil enim contra Summi Pontificis au-
toritatem aucti sunt. Vnde tanta constantia: A Spi-
ritu S. qui est ignis consumens contraria, ac-
cendens bene disposita ligna. Quocirca bene
dixit S. Ilacius presbyter l. i. de contemptu mudi:
Ignis in fiscis lignis accensus, difficultus extinguitur
& calor Dei, qui fit, & incedit ad cor renunciis se-
culo, eius ignitus non extinguitur, & est acutior igne.

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

Varia Monita data iuris ad Nonitiatum,
postquam sunt examinati à Superioribus
habentibus potestatem recipiendi No-
nitios ad Ordinem.

Cum expertus sum Monita à me data mul-
tis ad Societatis nostræ Nonitiatum iuris,
valde profuisse, volo hoc loco ea sincerè pro-
ponere, sperans profutura etiam aliis, qui ad
alios sacros Religiosorum Ordines vocantur à
Deo. Que legendò & ponderando, vbi inuen-
rint aliquid dictum vel commendatum, in So-
cietate nostrâ, vel pro Societate, mutato vo-
bulô, intelligent dictum & emendatum, in, &
pro eo Ordine sacro, ad quem aspirant. Praes-
tim & illius Regulas difficiliores seruare co-
nentur, & illum Ordinem ita amare, vt seruare
debent & amare Societatem qui illam expe-
tunt, & in illam ingrediuntur. Quoniam verò
non omnes sunt eiusdem conditionis, qui ad
statum religiosum aspirant, id est non eadem
monita deci omnibus, sed accòmodata singu-
lis, quamvis omnibus quædam generalia com-
mendarim.

Monita

Monita data euidam nobili studioſo, poſt-
quam Olomucij ſuam vocationem dele-
xit, ut pro ea, multò ante ingressum in
Novitatum, ſe bene in ſeculo diſponeret
& pro ſtatu religioſo prepararet, Anno
D. 1635.

Prima Regula. Debes non minùs amare ani-
mam tuam, quām ames corpus tuum. Quo-
cīcā ſi fugis omnia ea, quae occidunt & laedunt
corpus, debes etiam vitare omnia peccata mor-
talia, (quae animam spiritualiter occidunt, pri-
uando eam gratiā Dei, que eft vita spiritualis
animæ) & venialia, que cam laedunt.

Secunda. Debes ſaltem ita excellere in qui-
buſdam virtutibus moralibus Christiano ho-
mine dignis, ſicut excelluerunt quidam Ethnici
in iis. Scipio Romanus, cūm Carthaginem ar-
mis cepiſet, captiuas puellas präcipue pulchri-
tudinis Barbaris reſtituit, nec in conſpectum
quidem ſuum paſſus adduci, ne quid de Virgi-
nitatis integratitate delibauiſſe, ſaltem oculis, vi-
deretur. Hinc decet pendulum ſecundum moni-
tum, ut omnes occaſiones & incentiuſa pericu-
lorum peccatorum fugias, omnes ab eis ſen-
ſus auertendo, & colloquia ac conuerſationes
liberas cum feminis fugiendo.

Tertia Regula. Debes ſaltem tanto ſtudio con-
gregare theſtauros animæ tua in æternum pro-
futuros, quanto ſtudio & conatu mercatores
congregant poſt mortem hic relinquentos,
quorū cauſā ſep̄ perdunt diuitias æternas
Regni coeleſtis, ac æternæ felicitatis: Vnde ſe-
quitur, ut quām plura bona facias & con-
greges, ſiquidem ea pariunt prämia coeleſtia in
æternum duratura. Hanc ob cauſam ſep̄, etiā
non diu ora, & octauo quoque die conſtere, &
SS. Euchariftiam ſuſcipe, & alia pietatis opera
frequentia.

Quarta Regula. Debes te propter amore Dei
gerere, ſicut feruum Christi decet; omnes enim
Christiani ſunt ferui Dei, & ille eſt omnium
Dominus: ſicut ergo non decet ullum feruum
meliū & delicatiū traſtari, quām traſtatus fit
Dominus in aliquo hofpicio, quoad viētum,
quoad veſtītum, quoad alias commoditates,
quoad modum, quo exceptus eſt, verbis, & fa-
ctis ab aliis: ita in huius vita hofpicio ſeu diuer-
ſorio, debes eſte contentus, ſi male traſtaris ab
aliis in viētu, veſtītu, habitatione, iniuriis, con-
uiniis, falſis accusationibus, & aliis ſimilibus re-
bus, quae diſplacent amori proprio.

Quinta Regula. Debes pro bono animæ tuae
in æternum duraturo, ſaltem ea facere, quae ſo-
les facere pro bono vita präſentis cum hac ip-
ſa finem acceptiſſo. Sicut ergo inter plura bona
vita präſentis, quae ſe tibi offerunt, eligis illa,
que ſolis vel putas eſſe meliora, etiā tibi nullus

ſuadeat ut meliora eligas, & quamuis timeas
rationabiliter, ne illa bona quae videntur me-
liora pro vſu vita präſentis, ſint animæ & æter-
nitati tua nocuita, ita inter plura bona ſeruita
pro felici æternitate animæ tuae, illa elige, que
ſciſ vel crediſ eſſe meliora & aptiora, pro com-
parandā animæ tuae æternâ felicitate, etiamſi
nullus ſuadeat, ut illa eligas: präſertim ſi agnoſ-
cas per talium bonorum electionem, ſecuio-
rem tibi fore & glorioſorem exceilum ex hac
vitā ad æternam Beatitudinem.

Sexta Regula. Præter has quinque Regulas
ſint tibi cordi etiam ea, quae ſequuntur. Fuge
otium, inalios ſocios, & lectionem librorum, qui
nec pro pietate fouendā, nec ſtudiis promo-
uendis ſeruit, maximè ſi ſint obſcenī.

Septima Regula. Afſuſce singula opera tua ad
initium corum offerre Domino ad gloriam
eius, ſaltem mente ſic dicendo: Domine Iesu, ego
nunc volo facere vel dicere hoc propter te.

Ottava Regula. Dum iſi aliquod, ſive domi, ſive
foris, ora Deum mente, vel dicendo illam Co-
ronam breuem vnam, vel plures, id eſt, deca-
dem, vel recitando aliquam orationem iacula-
toriam ad contactum lingulorum globorum,
vel paſſus Deo offerendo lingulos, & dicendo:
Domine Iesu, propter te facio hunc paſſum, & hunc, &
hunc: & ita deinceps reliquos omnes. Singulis
enim talibus paſſibus ſive auctibus Dea propter
Deum oblatis, merebore aliquem gradum gra-
tiae, & ſuo tempore reddendæ gloriae, ſi eſt in
gratiā Dei.

Nona Regula. Mane poſtquām euigilaueris, &
veſperi cundo cubitum, poſt factum ſignum
Crucis, Primū, Adora Deum in omnibus illis lo-
cis, in quibus exiſtit, exiſtentem. Secundū, Age
ei gratias pro omnibus benefiциis eius notis &
ignotis. Tertiū, Offer illi voluntatem amplius
nūquām peccandi, quantum fieri poſteſt. Quar-
tū, Pete ab illo gratiam viuendi ſine villo pecca-
to, & omnia bene faciendi, & omni pro eius
amore libenter & patienter tolerandi. Hoc ip-
ſum fac dum Miſſam audis, & ſepiū per diem,
breuiter quidem, ſed feruenter lingula facien-
do.

Decima Regula. Quotidie legas aliquid ex ali-
quo libro spirituali, ſaltem parum, ſed ita, ut ali-
quām ſentientiam menti & memoriā tuae im-
primas, quae tibi vſui eſſe poſſit ad emendandos
tuos malos mores, & ad efficiendos bonos.

Undecima Regula. Quamlibet tentationem,
diſcultatem, impedimentum, quod tibi dia-
bolus, vel cāto, vel aliquis homo obiicit, ad re-
tardandum te in bonis operibus & deſideriis,
ſine morā, maniſta tuo Confessario, cuiuque
consilia exequere, quae ut tibi utiſiora ſint, ha-
beas vnum Confessarium ſtabilem, cui tota
anima tua per generalē confessionem per-
ſpecta fit, ut te melius iuuare poſſit.

Duodecima Regula. Saltem bis vel ter in heb-

domadā cogita de morte tuā, & vide, an sit ali-
quid in te, cum quo in illo puncto temporis
nolles mori. Item an desit tibi aliquid, quod ve-
lis tibi adesse, vel te fecisse si in eo momento
temporis deberes mori & duci ad iudicium
Dei. Hæc faciendo bene viues, & posceā bene
mortieris.

*Monita cūdam nobili Connictori Olomou-
censi data ituro ad Nouitiatum post an-
num, Anno D. 1637.*

286. **S**i vis, vt ego sim tuus Angelus Custos, & ad
statum, ad quem desideras admitti, promo-
uearis, hæc tria tibi curæ sint.

I. *Primo*, fuge omne omnino otium, & tempus
omne, vel studendo, vel legendo, vel ludendo,
vel orando &c. insume.

II. *Fuge veneni* instat libros omnes turpes, si-
milter imagines Metamorphoseos, & aliud
quodvis, quod huius materiæ aliquid continet.
Fuge malos, & impuros socios, & qui te vel ad
malum aliquod, etiam non magnum pelliunt;
vel à bono, etiam quod patuum videtur, ab-
strahere nituntur.

III. *Sic cum omnibus modestè, & corā omni-
bus te gere*, vt ex te alij ædificentur, & sis bonus
odor Christi. Ideò in scholis diligentia, mode-
stiaque alios ad bonum iuua, & cùm potes im-
pedias mala aliqua, etiam parua; ita enim incipies
paulatim fini Societatis, quem postea se-
queris, te accommodare.

IV. *Omnies tuas actiones assuefce ad finē su-
pernaturalē dirigere*, hoc est, ad maiorem
Dei gloriam, vt ita plus placeat anima tua Di-
uina bonitati. *Sic & minimas actiones propter
Deum facias*, vt dum ambulas ad singulos pa-
sus dicendo: *Propter te Domine, propter te*.

V. *Assuefce etiam singulis diebus saltem uno
quadrante vel altero*, aliquid de rebus diuinis
meditari, frequenter te supra actiones tuas re-
colligere, dum hora sonat, vel alias, & vel maxi-
mè in duplice examine conscientia ante pran-
dium & post cœnam, vti te docui.

VI. *Subinde, vel semel minimè de die cogita
an paratus essem hoc momento de vitâ dece-
dere*; & si quid inuenies, quod te angat, actuū
contritionis elicendo, quamprimum dilue, &
confessione cirò expia.

VII. *Conare eris in patientio aliquid pro glo-
riâ boni Iesu te exercere*: v.g. verba mordacia,
aliorum irrisiones, vexationes &c. maximè ve-
rò tibi suaderem, vt singulis mensibus semel di-
ceres tuam culpam in triclinio Coniunctus, in
quo manes, ex cathedrâ, neque respicere debes
tam tuam confusionem, quam largam optimi
Domini remuneracionem, quandoquidem hoc
alij faciunt, qui nil cogitant de statu religioso
amplectendo.

VIII. *Denique ita incipias vivere nūc, sicut in*

*Nouitiatu, & bonum odorem, exiens ex hoc
loco, post te relinque Connictoribus & aliis
condiscipulis in scholâ.*

*Monita Glacij data cūdam brevē ituro ad
Nouitiatum. Anno 1540.*

Hæc pondera ante tuum ingressum, te quasi 287.
alloquendo.

I. Cùm in seculari statu sape diuinam mai-
sterni offenditer, debo ita vivere in Re-
ligione, vt modo viuendi meo ostendam, mo-
ele in statu pœnitentia, & pro peccatis in sa-
culo commissis, Deo satisfacere. Quocirca op-
tare debeo, vt quotidie, idque sine intermissione,
patiar quamplurima meo amori proprio
molesta: vt hac ratione Deo satisfaciam pro pec-
catis meis: quandoquidem sola venialia, me-
rentur maiores penas & supplicia, quāmpassi
sint latrones & Martyres: ed quod peccatis ve-
nialibus debeatur pena Purgatorij, qua in-
dicio Sanctorum, sunt maiores omnibus huius
vitæ suppliciis & martyris. Cùm verò non sit
possibile quemquam in Religione tot & tan-
tas pati molestias, quantas passi sunt Martyres,
ideo de nullâ prouersus molestiâ, quæ mihi in Re-
ligione accidet (quocunque tandem modo acci-
det, etiam sine culpa & causa mea) deboe vñ-
quam coram vlo conqueri, & ne quidem men-
te sola ægreferre, quin potius desiderare longè
maiores afflictiones, & persecutions, & humili-
iations mei ac priuatas & publicas confusio-
nes & degradations, easque sine vlo leuamine
& refrigerio.

II. Cùm hæc, quā ingredior, Religio, Ducem
habeat Iesum, & sit sacra eius militia, etiam
nunquam peccarem in seculo, teneor imitari
Ducem Iesum, eiusque vita me conformare,
tum in peragendis omnibus actionibus meis, ad
similitudinem Christi Iesu, cum omni possibili
perfectione, tum in tolerandis patienter, liben-
ter & cum gaudio, omnibus illis aduerfitibus,
quas Iesus Dux meus, totâ vitâ suâ tolerauit:
imò plura adhuc pati & tolerare deberem, si-
quidem vbiisque gentium, Duces exercituum
minora patiuntur incommoda, & fideles eorum
milites non optant ita commode se tracta-
ri, vti videni & volunt tractari suos Duces.

III. Cùm status Religiosus, sit status perfectio-
nis, ita deboe in eo vivere, vti decet studiis
afféquendæ perfectionis. Quocirca in singulis
quotidianis actionibus meis, hoc peculiari stu-
dio spectare deboe, vt eas perfectè peragam,
iuxta idem prescriptam mihi à Regulis, & à bonis
exemplis meliorum sociorum. Quocirca quic-
quid agnouero esse contra perfectionem, seu
contra Regulas & Superiorum voluntatem, &
morem bonorum Religiosorum, prouersus vita-
bo,

bo, & è contrario, exequar illa omnia, quæ & à Regulis, & à Superioribus sunt præscripta.

IV. Cùm vita Religiosa sit status confiliorum Evangelicorum, à Christo institutus, ad congregandos in eo thesauros celestes, per frequentiam bonorum opertum, & executionem confiliorum perfectionis, idèo magna felicitatis loco ducam, si mihi quotidie offerentur quam plurimæ occasions, & à Superioribus, & ab æqualibus, exercendi bona opera, præserit actu humilitatis & charitatis, & patientiae, & obedientiæ, & aliarum virtutum, à quibus amor noster proprius abhorret; hac enim ratione, multis meritorum cumulabò thesauros, multis in celo gloriae coronis post mortem meam exornando.

V. Cùm status Religiosus sit schola virtutū sub Christo magistro, qui tres præcipue virtutes in hac scholâ docet, humilitatem, mansuetudinem, & charitatem, iuxta illa verba: *Dicte à me quia mitis sum & humili corde.* Et: *In hoc cognoscant, quia mei discipuli es tu, si dilectionem habueritis ad inuicem;* Idèo debo esse contentus, vt tota vita mea humili ab omnibus, præsentim à Superioribus: & ne promouear ad vlla officia & loca speciosa: & ne mihi nullus gradus speciosus in Religione conferatur, sed vt perpetuò occuper in rebus vilibus, & ad personas viles mittar, & fini ultimus & abiectus in domo Dei. Item, vt nec mente, nec ore, nec vlo gestu & signo, quicquam ostendam mansuetudini & mititati contrarium, sed Christum imiter, qui maiores passus iniurias & molestias, quam ego pati possum, tanquam Agnus mitissimus ad occisionem ductus, non aperui os suum, & tot lacerfus calumniis, in omnibus tribunalibus iudicium iniquorum, ea non declinans, (etsi subditus eis non esset) non excusabat se, sed usque adeò tacebat, vt miraretur Pilatus; quamuis de vita Christi ageretur.

VI. Cum vita Religiosa, vt quidā Sanctus ait, sit selectio pars gregis Christi, debo in eā vivere, more Sanctorum huius Religionis, ad quam me Deus vocauit: alioquin non mererer esse è numero selectionis partis gregis Christi. Qui Religiosa vita institutionem sumere elegit, inquit B. Laurentius Iustinianus de compunctione & complanitione Christianæ perfectionis col. 15, sanctitatem regulam perficiere conetur. Isti prossus tanquam magis à seculi curis liberis, atque ab exteriorum fragoribus segregatis, perfectior competit conuersatio: ligatis pedibus volenti currere nec valenti facili ignoscitur, non autem sic expedito & libero. Quocirca in Nouitiatu habebo, pro normâ vivendi vitam Beati Stanislai Nouirij: post nouitiatum toto tempore studiorum usque ad Sacerdotium, (si tam diu viam) imitabor modum viuendi Beati Aloysij & Ioannis Berchmans: post Sacerdotium, vitam Patris Balthasaris Alvarez & Sanctorum Ignatij ac Xauerij. Quæ vitæ cùm sint

velut altissima turris representans Euangelicam perfectionem (quæ non facile à quo quis acquiritur) idèo tempestivè debo in me procurare cum Divinâ gratia, & adificationem huius turris. Quocirca debo per effusionem terræ meæ, parare locum pro iaciendis fundamentis virtutum, abiicendo à meo corpore & animâ, omnia sæculi vitia & imperfectiones, iis modis qui in Societate traduntur per Regulas, per Exercitia spiritualia, & monita Moderatorum.

VII. Cùm peccata & imperfectiones scriò & diu eliminari & vitari non possint, nisi sit in animâ magnus eatum horror & odium: idèo utrumque mihi procurandum, & perpetuò in me conuersandum est, tum per meditationes quotidianas & examina conscientiæ, tum per lectioñem librorum spiritualium. Quoniam vero exercitium virtutum, non est durabile, sine magno desiderio & ardentí acquirendæ sanctitatis, idèo & hoc acquirere, & acquistum conservare ac augere debo, tum mediis supradictis, tum quotidianis colloquiis de rebus spiritualibus, & piâ ac deuotâ suscepione Sacramentorum, & frequenti conuersatione cum Patribus Spiritualibus. Sed cùm perfectionis studium non sit solidum, sine amore & desiderio crucis, hoc est, patiendo quam plurima proprio amori molesta, idèo debo illud in me excitare, & semper augere consideratione eorum, quæ Christus pro me passus est, & aliis mediis, quæ mihi in Religione à meis Moderotoribus proponentur. Cùm autem vinculum & complementum perfectionis, sit Dei amor, & is consistat in abdicatione rerum omnium factâ in gratiam amati, idèo nihil in me esse debet & à me expeti, quo me priuare nolim propter Deum purè amatum. Quocirca pro magnâ felicitate habebo, si in statu Religioso nihil assequar quod proprio amori iucundum sit, & multò magis, si priuare rebus mihi gratis, quas asecurut fuero. Ita enim Iesu: *Duci meo ero simillimus, qui mea causa prænauit suum corpus omnibus commodis & honoribus sibi debitibus, & tot humiliaciones & degradationes passus es, denique omnia sua mihi donauit, non tantum in pretium Redemptoris meæ, sed etiam in cibum in Sanctissimâ Eucharistiâ.*

VIII. Cùm equum sit, discipulos sub doctissimo Magistro studentes, magis proficere, quam discipulos rudium magistrorum, idèo in hac scholâ Christi, in quâ non tantum docet Christus extrinsecè, sed etiam confert ingenium, memoriam, vires, sumptus, & omnes commoditates requisitas ad perpetuum profectum in hac scholâ, (quod seculares magistri suis discipulis non præstant) debo modis omnibus conari, vt semper progressum faciam in tripli classe virtutum: primò in virtutibus, quæ sunt communes omnibus Christianis; secundò, in virtutibus

propriis omnium Religiorum, uti sunt, Pauperitas, Castitas, Patientia & exercitio, in illis virtutibus, & in modis eas exercendi, qui præscribuntur tum à Regulis, tum à moderatoribus Societatis, tum ab internis inspirationibus Diuinis, in quantum sunt conformes Regulis & Moderatorum Societatis dilectioni.

IX. Restringendo omnia supradicta, in quatuor rebus me exercebo, seu in quatuor F.

1. Fugiam toto conatu quicquid displaceat Deo.

2. Facere conabor perfectissimè omnia quæ placent Deo.

3. Feram ex quo animo cuncta quæ disciplent amori proprio.

4. Ferar semper ad meliora, tum proficiendo semper in melius, tum inter duo bona, eligendo id quod est perfectius, iuxta statum meum.

X. Dabo operam, ut meis Moderatoribus & conscientia mea, & omnes res meæ, & me concernentes, ita sint perspectæ, sine inuolucris & occultationibus, uti sunt perspectæ oculis Dei.

XI. Ita tractabo meos Superiores & verbo & scripto, & quavis occasione, in qua tractarem Christum D. si visibiliter tecum maneret.

XII. Nulli Fratri operam meam negabo unquam, quam possim ei prestare sine violatione vlli Regulae & perfectionis.

Monita data aliquot studiosis, statim Praegā discessuris ad Noviciatum Societatis Iesu Anno 1641.

288. I. Cūm discessuri sitis ad Noviciatum, vt in eo discatis viuere perfectè & sic viuere incipiatis; id asequemini, si Regulas omnes exactè seruaueritis, & si omnia veltorum Superiorum & Patris Spiritualis iussa exequemini, immo & consilia corundem.

II. Summo conatu & frequenti consideratione excitate in vobis ardens desiderium, totâ vitâ vestrâ, accurate seruandi Regulas 8. 9. 10. 11. Summarij. Alioquin inquieti semper eritis in occupationibus futuris, & periculum perdenda vocationis incurritis. Nam multa, velitis nolitis, patiemini si eritis Deo valde cari. Quod optare & petere à Deo, vñā cum patientia debetis.

III. Omnes tentationes molestas & frequentes, & perturbationes animi, & si quæ accident ab aliquo, mala consilia, vel exempla, statim detegite vestro Patri Spirituali, sine ullo personarum respectu.

IV. Imprimite bene vestrâ menti, vos Religionem hanc intraffe, vt Christum D. imitareministri tanquam famuli & milites eius. Ideo tum perfectè omnia facere debetis, quæ facitis, tum omnia illa pati sine murmuratione internâ, &

sine querelâ externâ, quæ Christus D. vestri caufa passus est. Nunquam autem patiemini tam multa & tam grauiâ, ut ille, vestri causa, passus est.

V. Felicem diem illum putate, in quo aliquid vobis pati continget, præfertim contrarium honoris & bonæ apud alios existimationi. Et quod magis confundemini propter Deum, ed magis proficietis in virtute.

VI. Date operam, vt in recreationibus semper de rebus merè spiritualibus loquamini.

VII. Cum nullo amicitiam particularem, vel maiorem familiaritatem, in eatis, quanquam quos videritis magis deuotos, & magis rebus spiritualibus addicatos, & quum est, vt eorum conuersationem expectatis, sine notâ tamen, & fugâ aliorum: & assuefacite vos etiam cum imperfectis benè conuersari, sine vestro damno, & cum bono illorum, quod ex vitâ vestrâ, si erit exemplaris, & ex spiritualibus colloquiis sequetur.

VIII. Quolibet mense, cum licentia vestri patris Spiritualis, vel tempore meditationis vel alio, facite piam reflexionem, an & quâ in eis mense præterito profeceritis vel defeceritis, vt mense præsenti, emendetis emendanda, perficiatis perficienda.

IX. Date operam, vt nunquam deliberatè peccetis, & indelibera ac leuia peccata venialia, quâm rarissimè committatis, & totâ vitâ abstineatis à censurandis aliorum moribus extensis, & intentionibus internis.

X. Omnes cogitationes quæ in vobis minueru incipient fiduciam erga Deum, & ingenerare pusillanimitatem ac tristitiam cor constringentem, tanquam blasphemias reicitis. Sunt enim valde perniciose etiam veteranis, non tantum nouitiis. E contrario, illas fouete, quæ vobis addunt animum & letitiam in obsequio Dei, & spem erga Dominum Deum augent.

XI. Superiores tractate tanquam Christum D. cum omni reverentia & amore; fratres vero ac Patres, tanquam discipulos Christi D. Christo D. caros, & tanquam pupillas oculorum eius.

XII. Ab indiscreto feruore, in laboribus corporis, præsertim ferendis oneribus, & fatigatione pectoris, ac capitis desfatigatione in meditando, cautele. Alioqui maiora bona impeditis, cum damno & anima, & corporis, & Societatis.

XIII. Tam accuratè legite Historiam Societatis & vitas nostrorum Sanctorum, vt memoriam retineatis præcipua quaque de illis, quæ vobis postea erum vñi in colloquiis cum aliis, domi & foris.

XIV. Studete, vt amorem vocationis vestræ ad hanc religionem, ad quam vocati estis, habebatis quâm maximum. Et hoc erit certum signum vestri profectus, dum in vobis cresceret eius

eius amor, & dum vobis magis ac magis placebunt res huius Ordinis, & dum in vobis crescat laetitia de felici rerum eius successu, & desiderium ardens proficiendi in virtute, sine quo parum proficietis vel nihil, & quando vobis placent crues.

XV. Post qualibet confessionem hebdomadariam, vnum aliquod peccatum ex his quae tunc confessi estis, feligite, & diuino invocato auxilio, statuite apud vos, tota sequenti hebdomada ad proximam confessionem nunquam illud committere. Idem facite post confessionem generalem semestrem, proponendo perpetuam abstinentiam per reliquos sex menses a certo aliquo peccato ante a vobis admitti solito. Seligit autem illud peccatum, quod in vobis certe grauius & magis periculosum, hoc est, magis vos disponens ad aliquod peccatum mortale (quod ab sit) in religione committendum. Et hoc sit vobis maximè cordi & tanquam fundamentum vite spiritualis, vt diminuatis peccatorum numerum. Quod enim erit purior vestra anima, eò plura & maiora percipiet dona cœlestia.

XVI. Inter alia bona, tota vitâ vestrâ dura-tura, hoc quoque in Nouiciatu acquirite cum Diuinâ gratiâ, vt nihil unquam particulare pro vobis, (quo ad officia, occupationes, habitaciones, gradus in Societate) expertatis, nec queratis, & si quod amor proprius vester experter, non assequemini, non feratis arguere, quin potius optinet totâ vitâ vestrâ vivere in Societate sine ullo officio, & gradu, & loco specioso, vt vos Christo Domino & Apostolis eius conformemis, qui vixerunt inglorijs & pleni molestis, & omnium peripecia. Hæc sapere relegate.

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

Monita data, seruanda in ipso ingressu in Nouiciatum, & tempore Nouiciatus, ac reliquis vita religiosis annis.

Monita eidem adolescenti data, cui fuere data alta posita primo loco cap. 2. 3.

IPso tanquam ad Nouiciatum veneris, Superiorem & Magistrum Nouitorum flexis genibus, nullo adstantium habito respectu, saluta, & ab iis tanquam filius prodigus in numerum Sanctorum & Filiorum Dei te suscipi rogat, indignum te iudicans, qui vt canis inter Dei leuros, vel vt diabolus inter Dei filios habites. Demum benedictionem ab utroque pete, vt possis in domo Dei, secundum cor Dei, & Societas spirituum vivere.

II. Cum nullo, Nouiciatus tempore, etiam ceteris deuotiore, peculiarem in eas familiaritatem, sed omnes amore sancto & fraterno tanquam viuis Matris filios fideles, amplecten-

te. Libenter tamen & frequenter tempore ab Obedientiâ præscripto, licetbit conuersari cum iis, à quibus magis videbis seruari Regulas, & quos rebus spiritualibus magis addictos agnoveris.

III. Trium potissimum habebis rationem: 1. Ut in primis statim exercitiis resoluas te ad sanctitatem omnem possibilem sestandam, cuius fundamentum esse scias, raro peccare venialiter, etiam indeliberatè. 2. Ut singula Noviciatus opera eo cum feruore facias & diligentia, quæ tunc faceres, si immediatè post opus factum deberes mori. 3. Desideres pati quæ plurima, praesertim quæ confusionem & humilationem pariunt: & dum aduersa contingunt, race, noli conqueri, sed potius reputa diē felicem, quæ aliquid pateris.

IV. Lectionem spiritualem summè cordi habeas, maximè vitas Sanctorum è tuo Ordine, à quibus vivendi normam à teneris, primis Religionis annis pro totâ vitâ reliquâ sumas necesse est.

V. Frequenter te toto Noviciatus tempore coram Deo humili, indigneum te reputans tuâ vocatione, & terpsum valde timeas, ne Deo sis infidelis. Quare sapere eius auxilia implora.

VI. Hoc habe pro principio infallibili, ne unquam violes silentium: proderit enim tibi hoc ad magnos cum virtute progressus, impossibile enim est (seclusus Dei Privilegiis) sine rigidâ silentij obseruantia ad sanctitatem à Regulis præscriptam peruenire.

VII. Omnes partes temporis, etiam, quantum possibile est, integrantes, bene colloca sine ullo otio, faciendo exactè omnia quæ in Nouiciatu prescribuntur; ad quod iuuabit, si Diarium tibi confeceris, secundum quod, cum Magistro Nouitorum collatum, omnia incipias & finias.

VIII. Omne fuge tristitiam, vti & nimiam laetitiam, sed semper moderatè latus & hilaris esto, sic enim minus tentaberis.

IX. Candorem erga Magistrum Nouitorum semper retine, omnes ei difficultates & dubia confidenter & sincere aperiendo, vti & necessitates corporis, quemadmodum filius parenti.

X. In laboribus, (rebus praesertim portandis grauioribus) attende, ne præ inordinato feruore sanitatem laedes. Idem est de frigore nimio ob defecum vestitus necessarij. Recurre ad Superiorem tanquam ad Matrem, nec premas unquam silentio ea quibus vere indiges.

Monita data eidem Nouicio Societatis Iesu, non pridem conuerso ad S. Fidem Catholicam, Anno 1631. aliquandiu manenti in Nouiciatu.

I. Requerenter gratias age Domino Deo pro beneficio Conuersationis ad S. Fidem, &